

Lichenum nova species in Europa media

JAN BYSTREK

Alectoria motykana sp. nova *

Alectoria motycii Bystr. in Gorbacz, Oprediel. List. i Kust. Liszajn. BSSR, 99, 1965 (nomen nudum).

Typus in Herb. Univ. Mariae Curie-Skłodowska, Lublin, Polonia.

Locus classicus: Germania, Tirol, Ötztaler Alpen, Leierstal, N-Hang, ad ramos Laricis in Rhodoreto, ca 1850 m, 21.8.1966 K. Kalb.

Diagnosis:

Thallus filamentosus, pendulus, 15—30 cm longus, rarius paulo longior (usque ad 40 cm), parte basali breviter nigrata substratu affixus, griseo-fuscus, rarius olivascente-fuscus, vulgo ad ramulos crassiores pallidior, ad summitates obscurior, opacus, passim apparente \pm pruinosis, in tota longitudine irregulariter furcato ramosus, angulis inter ramos primariis vulgo latis, rectis vel perviis, inter secundarios angustis, vulgo acutis; ramuli supra basin usque ad 0,5 mm crassi, supra \pm regulariter attenuescentes, ad summitates tenues et capillaceo elongati, cum ramulis lateralibus patentibus et \pm serpentino curvatis, nonnullis usque ad 5 mm longis, rarius eis deficientibus, omnibus \pm teretibus, tantumque parte suprabasali ad ramificationes paulo compressis, superficie inaequales, in tota longitudine hinc illinc spiratim contorti.

Pseudocyphellae semper praesentes, ad omnes ramos evolutae, longitudine inaequales, fissuriformes, albae vel griseae, ad plantas nonnullas \pm numerosae.

Soralia semper praesentia, vulgo parce evoluta, in medulla nascentia, protinus punctiformia, dein distincte fissuralia, ad margines inaequabilia, adultiora late fissuralia, saepius ramos deformantia.

Apothecia adhuc non inventa.

Structura anatomica: Rami usque ad 500 μ in diametro, \pm teretes, superficie in sectione paulo undulato-inaequali, extus laeves, ad

* Nomen in honorem prof. dr J. Motyka publicatum.

*pseudocyphellas in tota crass. inaequales. Cortex 70—80 μ crassus, hinc illinc tenuior, usque ad 50 μ , stratu exteriori usque ad 6 μ crasso obscure infuscatus, intus \pm luteolus, ex hyphis valde conglutinatis, luminibus cellularum angustis (usque ad 3 μ in diametro), substantia in K solubili coarctata et tum hyphis usque ad 4,5 μ crassis; medulla laxissima, ex hyphis laxissime complectis in tota crassitudine medullae, versus corticem paulo densior, intus cum lacunis latis; hyphae laeves, rarissime inaequaliter ramificantes, usque ad 4 μ in diametro, ad ramificationes paulo crassiores, in contactu cum algis breviter ramificantes et algas arcte amplectantes, hinc illinc haustoriis in algam penetrantibus bene observabilibus; algae virides, chromatophore totaliter impletae, ad genus *Trebouxia* pertinentes, usque ad 15 μ in diametro, in parte infracorticati nonnullae glomeratim dispositae et singulae eius parte inferiore, nonnullae cum autosporis, paucae chromatophore obsoleto et tunc haustoriis bene visibilibus.*

Reactiones chemicae: Pd medulla et cortex intense persistenter lutescens, dein superficies thalli aureolus (reactio ad thallum ipsum et in bibula bene visibilis), C et aqua Javellae, K et KC non tingitur. Acidum psoromicum producens.

Discussio:

Sat est difficile speciem ad sectiones adhuc notas attribuire. Soralia distincte fissuralia, eaesdam ut ad *Alectoria setacea* vel *Alectoria fuscescens*, pro locatione eius in sectione *Subfibrillosae* suadet. Reactio chemica cum Pd, color thallii et pseudocyphellae numerosae eam ad *Alectoria subcana* imprimis varietates obscure coloratas eam appropinquat. Prope *Alectoria catharinae* locanda. Species haec sectionem *Subfibrillosae Alectoria subcana* et *Alectoria sophiae* cum sectione *Jubatae* jungit.

Alectoria motykana est facile dignoscenda in plantis bene evolutis, cum soraliis evolutis. Ab *Alectoria setacea* differt colore intense luteo ope Pd et K non colorato, etiamve colore thallii. In *Alectoriae fuscescente* Pd soralia intense rubescunt. *Alectoria catharinae* ramulis tenuissimis, colore et reactione cum Pd diversa. *Alectoria subcana* et *Alectoria sophiae*, similiter reagentes, diversae sunt soraliis ad tubercula sitis.

Distributio: Inventa in Europa media, raro in Europa boreali. A me collecta est tantum in Bielorussia (USSR), Polonia, Austria, Helvetia et Germania. Inventur in silvis, ad varias arbores.

BIELORUSSIA, distr. Witebskaja, Krajczew, ad corticem *Betulae*, in silva prope viam publicam, 20—21.10.1961 G o r b a c z (LUBL).—POLONIA: Maćkowa Ruda prope Sejny, ad *Pinus* et *Betula* prope viam Maćkowa Ruda—Sernetki, 11.10.1962; silva primitiva ad lacum Pomorze prope Sejny, ad corticem *Betulae*, 20.8.1968; Studzieniczne prope Augu-

stów, ad corticem *Betulae* in *Pineto* prope lacum Studzieniczne, 10.9.1966; Roztocze Środkowe, Kosobudy prope Zamość, ad *Pinus* in *Abieteto-Pineto*, 12.7.1958; Bukowa Góra prope Zwierzyniec, ad corticem *Pini* in *Pineto*, 17.8.1960; Susiec ad fluvium Tanew, ad *Abies* in *Abieteto*, 21.7.1960; Montes Tatry, vallis Sucha Woda, Dubrawiska, ad *Picea* in *Piceeto*, 19.7.1959 (f. *accedens* ad *Al. catharinae*); Grzybowiec, ad ramos *Picea* in *Piceeto*, 1959; Kalatówki, ad *Picea* in *Piceeto* prope viam Kalatówki—Kondratowa, 27.5.1960: J. B y s t r e k (LUBL). — AUSTRIA: Paznauntal, Fimbertal, *Larix*, ca 2100 m, 8.8.1960 M a a s G e e s t e r a n u s (f. *accedens* ad *Al. positiva*, LUBL). — GERMANIA: Grajische Alpen, Col d'Arpy prope Morgex, Oasta-Tal, *Larix*, 1962 J. P o e l t (B); Tirol, Ötztaler Alpen-Leierstal, N-Hang, ad *Larix* in *Rhodereto* (*loculus classicus*); ad *Larix* in *Alneto viridis*, 21.9.1966; ad *Pinus cembra*, 11.9.1966 (f. *accedens* ad *Al. subcana*) K. K a l b; Ob Osten, ad *Sorbus aucuparia*, 21.9.1966 K. K a l b (f. *accedens* ad *Al. sophiae*); Geg. Farst prope Umhausen, ad *Larix* 14.9.1966 K. K a l b (LUBL et herb. K. K a l b); ITALIA, Mendelgebirge (prope Bozen), Penegal, 1700 m, *Picea*, 17.11.1963 H. H e r t e l (B). — HELVETIA: Montes Alpy, Feni (Zermatt), ad *Larix*, ca 1900 m, 1957 K. T a t a r k i e w i c z (LUBL).

Institutum Systematicae et Geographiae Plantarum
Univ. Mariae Curie-Skłodowska,
Lublin, Akademicka 12.